

## Beiheft

2

S 100

1175.

Bischof Hermann von Münster besreit den Barlarischen Hof Vorbeck, Nr. Goes-  
feld, von dem Zehnten. [10]  
<sup>101</sup>

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego Hermannus Dei gratia  
Monasteriensis episcopus. Pii pastoris est commissi sibi gregis semper curam  
gerere et omnes adversitates, quibus pulsari poterit, omni providentia ab eo  
pro posse repellere. Proinde notum facimus tam futuris quam praesentibus  
Christi fidelibus, quod ad petitionem dilecti nobis abbatis Werenboldi de  
Varle mansum ipsius ecclesiae, qui est in Curtbeke, quem excolit Gerardus,  
ab omni decimali exactione, quae nos proprie tangit, absolvimus, ea videlicet  
conditione, ut annuatim duos solidos in festo beati Bartholomaei villico  
nostrae curtis in Billerbecke exsolvat et sic ab omni gravamine decimalis  
exactionis libere existat. Ut igitur haec nostrae pietatis largitio devotis  
Christi fratribus in Varlar stabilis permaneat, ea[m] praesentis paginae  
conscriptione ac sigilli nostri impressione corroboravimus. Acta sunt haec  
dominicae incarnationis anno M<sup>CC</sup>LXXV<sup>0</sup>, indictione VIII. Testes hi sunt:  
Franco vicedominus, Franco decanus sancti Pauli, Herimannus Slage, Rot-  
gerus, Brunstenus de Billerbecke, Albertus de Wulffhem, Albertus de Asbecke  
et alii quam plures.

Kopie im Barlarer Kopiar S. 80/81.